94

-ti sunt· Offendunt uerbo deo ipso qui uerbum
di audire eos contingit· Offendunt animo dum
nolunt credere quod audiunt· Quorum stultitiam
exaggerando subiecit· nec credunt in quo et po
siti sunt· Quia in hoc positi idest in hoc pro natura
facti sunt homines ut credant deo et eius uo
luntati obtemperent· Salomone attestan
te qui ait· Dominum time et mandata eius obser
ua· Hoc est enim omnis homo· Idest in hoc
naturaliter factus est omnis homo ut dominum
timens mandatis eius obsecundet· Quidam
codices habent in quo et positi sunt· Quod in